Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



230

sum eluata. De alitudine uentis infeci. et alingua conquinata. et a dolo mendacii. Erege animam meam domine. et lingua mendacii liberasti me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum. et uita mea appropinquans erat inferno deorsum. Circumdederunt me undique. et non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum. et non erat. Memorata sum misericordie tue domine. et operationis tue. que a seculo sunt. Quoniam erues sustinentes te. et liberas eos de manibus odientium te domine deus nostrum. Gradum. Beate uia. Ps. Preuenerunt.

Ave gratia sponsa xpi simplo mater prouo bis ad dominum ihm. Ve pm.

Hec uia omnis gloriosa eius filie regis abintus in fimbriis aureis.

Alleluia. Dixit ihs. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. quem qui inuenit homo abscondit. et pgaudio illius uadit. et uendit uniuersa que habet. et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negociatori. querenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita. abiit et uendidit omnia que habuit. et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare. et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes. elegerunt bonos in uasa sua. malos autem foras miserunt. Sic erit in consumacione seculi. Exibunt angeli. et separabunt malos de medio iustorum. et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus. et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicit ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum. similis est homini patrifamilias. qui profert de thesauro